



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Brixivs Matyr Gandai.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

50  
HAGIOLOGIVM  
BRIXIVS MARTYR

Gandavi.

12 Nov. **S**ANCTVS BRIXIVS Martyr de sacro fonte leuatus est à S. Leuino, qui apud matrem eius nobilem & religiosam matronam Craphahildem hospitabatur. Cum qua etiã immaniter est trucidatus, eodem die quo beatissimus Liuinus, eo quod per ipsa quærebatur sanctum Episcopum inmerito interfectum esse. Natalis neutrius celebratur. In festo tamen translationis reliquiarum Ecclesie S. Bauonis in missæ sacrificio cõmemorationem habet innocens filiolus per sequentem collectam. Propitiare quesumus Domine nobis famulis tuis per sanctorum Confessorum tuorum Bauonis, Landoaldi, Macarij, adque Amantij, & beatorum Martyrum tuorum Liuini, Adriani Brixij, & sanctarum Virginum Barbaræ, Vincianæ, Landradæ, Pharahildis & cæterorum quorum reliquie in præsentia Ecclesia requiescunt merita gloriosa, vt eorum piã intercessione ab omnibus semper muniamur aduersis. Cum autẽ Cornelius Iansenius primus Gandauensis Episcopus feretra quadam Sanctorum visiteret, quæ in subterraneis locis propter Guesios latuerunt in eo quod dicebatur & credebatur esse S. Adriani Martyris ac internuntij S. Landoaldi, inuenit reliquias totius corpusculi S. Brixij integras atque illæsas, cum scedulis, in quibus scriptum erat. Hic requiescit S. Brixius puer Martyr Christi pretiosus sanctissimi Liuini Episcopi & Martyris in baptisate filius. Has Reliquias transtulit D. Berto Abbas Gandauensis cœnobij in istud scrinium. 5. Id. Aprilis 1175. paruum itaq; pheretrum est aptatum in quo omnes Martyris reliquia decenter purgatæ, positæ sunt.

BER-